



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

44. Arcano divinæ &c. Constitutio, quâ Passaviensis, alias Pataviensis,
Episcopatus in Vindelicia, ex Archiepiscopatu Laureacensi originem
ducens, ab omni jure Metropolitico & Legationis Apostolicæ ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74514)

Cupientes Nos etiam, ut Camera nostra Apostolica, sive rei de criminibus inquisiti, aut Fisco adhaerentes plus aequo non graventur in expensis Commissariorum, quos ad diversa loca mitti consuetum est, ad effectum processus de commissis delictis formandi, sequentia providè statuimus, & mandamus.

Ad instantiam querelantis non expediantur Commissarii sumptibus Camerae Apostolicae, nisi de illius impotentia summarè Judici constiterit, & tunc in subsidium tantum, quatenus indicia defuerint, vel confitito de iudiciis, rei non fuerint solvabiles.

Post Commissariorum regressum promptè Judices inquirent, an congruum, vel superfluum tempus consumpserint in fabricandis processibus, & quatenus dilate ipsos egisse agnoverint, superfluas resercent dietas, & quidquid pro illis perceptum fuerit, statim curent restituere.

Cum decerni contigerit exacta viatica esse restituenda, tunc Commissarius pro se, Notario, & familia teneatur omnia integrè restituere, experiendo postmodum jura sua contra eundem Notarium, & familiam, ut ratas partes ab eis repetat.

Ad hujusmodi autem effectivam restitutionem viaticorum teneantur Commissarii statim ac fuerint condemnati, omni appellatione, & recurso posthabitis; Et ad id cogantur iisdem modis, & formis, quibus ipsi ad illorum exactationem deveniunt.

Volumus tandem atque mandamus pro omnimoda Observantia hujus nostrae Constitutionis, quòd unusquisque Notarius Tribunalis, & Curiae cujuscunque Urbis, Notarius Archivi Scriptorum, & Notarius Archivi Urbani retinere debeant perpetuò affixum exemplar hujus nostrae Constitutionis in eorum Officiis respectivè: Nec non affixum retineatur in Archivo Urbano apud Palatium nostrum Vaticanum, & in Archivo Notariorum Curiae Capitolinae in aedibus Capitolii existente, sub penis scutorum decem.

Decernimus autem, easdem praesentes de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel quovis alio defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, aut in jus, vel controverfiam vocari nunquam posse; Sed illas semper perpetuò validas & efficaces fore, suosque plearios effectus sortiri, atque ita per quoscunque Judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Camerae Clericos, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, quavis aliter judicandi, vel interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quibuscunque Constitutionibus Apostolicis de non tolendo jure quaesito, & quorumvis Capitulorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, aliorumque piorum Locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alià roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulciis, & Literis Apostolicis, exemptionibus, immunitatibus, à Nobis, & Praedecessoribus nostris sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis, quomodolibet concessis, ac in futurum concedendis. Quibus omnibus, etiam de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda foret, tenores hujusmodi praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis in suo robore aliàs permanens, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut earundem praesentium exemplaribus manu, & sigillo cujusvis publici Notarii, vel alterius Personae, in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem

proprus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrae institutionis, voluntatis, mandati, statuti, ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo octavo, 4. Kal. Maji, Pontificatus nostri Anno IV.

P. Card. Prodaturus.

P. Card. Oliverius.

V I S A.

De Curia I. Archiepiscopus Ancyranus.

Lucas Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitati Domini nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo vigesimo octavo, Indictione sexta, die verò vigesima octava Mensis Aprilis; Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini BENEDICTI divina providentia Papae XIII, anno quarto, supradicta Litere Apostolica affixa, & publicatae fuerunt ad valvas Basilicae Lateranensis, Principis Apostolorum, & Sanctae Mariae Majoris de Urbe, & in Aede Campi Florae, ac aliis Locis solitis, & consuetis per me Franciscum Bartolottum SS. D. N. PP. Curf.

Constitutio, quae Passaviensis, aliàs Pataviensis, Episcopatus in Vindelicia, ex Archiepiscopatu Laureacensi originem ducens, ab omni jure Metropolitico & Legationis Apostolicae Archiepiscopatus Salisburgensis eximitur, insignibus Archiepiscopalis Pallii & Crucis praeviae ferendae integratur, Sanctaeque Sedi Apostolicae nullo medio subiectus efficitur.

A D H A E C

Pataviensis Episcopo injungitur, ut Salisburgensem Archiepiscopum pro suo Metropolita, quoad Concilia provincialia tantum, sibi eligere debeat.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ARCANO divinae providentiae Consilio totius Ecclesiae curae, nullis meritorum nostrorum suffragiis, praepositi, in id pro nostri Apostolatus munere incumbimus, ut quaecunque litigia & controverfias inter Dei ministros, praesertim pontificali dignitate fulgentes, quomodocunque olim exortas, & earum quoque occasiones, additasque radices omni studio, quantum in Domino possumus, omninò evellamus, ne jurgis & dissidiis gliscentibus, in sanctae Ecclesiae Pastoribus charitas refrigescat, & plebs Christiana, eorum custodiae divinitus commendata, detrimentum patiatur, ac Dei cultus, quòd absit, imminutus appareat, quem amplificari, ut par est, summo perè optamus, & Ecclesiarum omnium, praecipue verò insigniorum, majestatem ad Dei Glo-

I.
Summus Pontifex jurgia & dissidia inter Pastores animarum evellet.

ANN O
1728.II.
Laurea-
centis Ec-
clesia in
Norico
ripenſi
multis
privile-
giis aucta,
& Patavi-
an in Vin-
delicia
translata.

riam augeri, debitisque etiam honorificentiae titulis & gratis Apostolicis decorari.

Hæc sanè in memoriam Nobis reducent Laureacensis, alias Lauriacensis, Ecclesie Metropolitanicam Sedem in Norico ripenſi à primis Ecclesie sæculis extructam, & tanquam murum pro domo Israel adversus Christiani nominis hostes per sanctissimos Evangelii præcones fundatam, ac Martyrum quoque purpurâ ornaram, quam ex Cathedralæ Sirmienſis in Pannonia extinctione haud parum subindè auctam, Antecessores nostri Romani Pontifices, priusquam illustrem civitatem barbari vastassent, & postquam etiam sacerdotale ejus fastigium Pataviam seu Passaviam in Vindelicis, Norico ipsi contermina, translatum, ibi novam Ecclesiam constituit, singularibus privilegiis beati Petri sibi amplius ornamandam susceperunt. Etenim Symmachus Papa Theodoro Laureacensi more majorum Pallii Archiepiscopalis usum largitus, Sedem ejus non unius Norici ripenſis, sed etiam Pannoniarum Matrem esse voluit: Quod postea in subsequenter Romanorum Pontificum piæ memoriæ Decessorum nostrorum, Eugenii II. Agapeti II. Leonis VII. & Benedicti VII. Apostolicis Literis ad Laureacenses Præsules scriptis memoratum occurrit: Qui quidem Agapetus Legationem suam eidem adjunxit; Benedictus verò inter utramque Ecclesiam, Salisburgensem nimirum & Laureacensem, limites constituit; Quamvis postea Laureacensis Ecclesie culmen Pataviae consistens eò sæpe devenerit, ut varias & complures calamitates ac vices ob magnam quoque Salisburgensium Archiepiscoporum potentiam & auctoritatem, subire compertum fuerit, modo Archiepiscopi, modo etiam Episcopi elogio honoratum, ac veteri jure suo, insignibus, titulisque ac pristinae Laureacensis Diocesis amplitudine non parum imminutum.

III.
Patavi-
entis Ec-
clesia à Sa-
lisburgen-
ſi Metro-
poli olim ex-
empta, &
Pallio Ar-
chiepisco-
pali deco-
rata.

Non ideo tamen unquam Præsules Ecclesie Patavienſis, cui antiquæ Diocesis Laureacensis maxima pars una cum ipsa civitate Laureaco etiamnum subest, veterem Pallii usum postliminio recuperandi, animum desponderunt. Imo Georgius Patavienſis Episcopus in Concilio Constantienſi à Balthasare Episcopo Cardinali Tusculano, tunc in sua Obedientia Johanne Papa XXIII. pro se suisque in Ecclesia Patavienſi Episcopis Successoribus, à quocunque jure metropolitico & Legationis Apostolicæ Archiepiscopi Salisburgensis omnimodam exemptionem obtinuit una cum usu Pallii. Hoc ex Johannis Literis ea de re conscriptis constat, quas felix recordationis Decessor noster Martinus Papa V. Florentiæ confirmans, eidem Georgio rursus hujusmodi exemptionem & usum Pallii benigne concessit, ut in ejus Literis tunc promulgatis plenius continetur: Quæ postea Literæ ab eodem Martino V. Romæ constituto abrogatæ & revocatæ fuerunt; Ita tamen, ut idem Georgius toto vitæ suæ tempore unâ cum sua Ecclesia & Diocesi impetratis gauderet, nec sub eadem revocatione & Salisburgensis Metropolis subjectione ullo pacto comprehenderetur.

IV.
Discor-
diæ inter
Patavien-
sem Episco-
pum, &
Salisbur-
genſem
Metropoli-
tam ex-
ortæ.

Quare inter Georgii Episcopi Successores ex una, & Salisburgensium Archiepiscopos ex altera, partibus, nonnullæ discordiæ & controversiæ aliquando exortæ fuerunt, quæ postea in apertam litem inter bonæ memoriæ Johannem Philippum Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalem, à Lamberg nuncupatum, Episcopum Patavienſem ex una, & Salisburgensem Archiepiscopum ex altera, partibus, eruperunt. Hæc porro lis ad iudicium Apostolicæ Sedis perlata, coram iudicibus competentibus in nostri Palatii Apostolici causarum Auditorio, sive in particulari hac de re Congregatione per hanc Sedem Apostolicam deputata, vel in Con-

gregatione Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, aliove Romanæ Ecclesie Tribunali, non sine ingenti utriusque partis dispendio acta est super omnimoda exemptione Ecclesie Patavienſis, ac super ejusdem restitutione in dignitatem Archiepiscopatus Laureacensis, superque jure metropolitico, quod in Ecclesiam Patavienſem Salisburgensium Archiepiscopus se habere contendebat.

Quum verò lis ita, ut diximus, excitata atque introducta, à pluribus annis ageretur, piæ memoriæ Antecessor noster Innocentius Papa XII. eam ulterius procedere vetuit; Unde hujusmodi controversia adhuc reperitur & pendet indecisa; Licet pro Archiepiscopo Salisburgensi quædam Auditorum Palatii nostri Apostolici decisiones, sive sententiæ cujuspiam tenoris, vel alterius cujuscunque Romanæ Ecclesie Tribunalis aut Congregationis deputatæ, olim prodierint. Hinc nos dignam hujusmodi controversiam reputantes, quæ tandem inter animarum Pastores, quos Paulus Apostolus noluit esse litigiosos, perpetuè sopiatur, & Patavienſis Ecclesia ob veterem, celebremque originem suam magni faciendâ, tranquilla pace donata, in pristinam suam exemptionem, atque insignia restituatur, vel etiam denuò illustrata & postlimio antiquis suis privilegiis munita confurgat, paterno Apostolicæ caritatis instinctu hujusmodi pacem atque unitatem inter primarios illustrium Ecclesiarum Antistites confoveri impoſterum propeantes, omnia & singula huc usque præmissa, tanquam verè Nobis exposita ac satis probata & ostensa, accipientes, ut carissimi etiam in Christo Filii nostri, Caroli, Hispaniarum Catholici, & Romanorum Regis illustris, atque Imperatoris electi, ferventibus votis obsecundemus, quæ per dilectum Filium nostrum Alvarum Sanctæ Romanæ Ecclesie Tituli Sancti Bartholomæi in Insula Presbyterum Cardinalem, Censuos nuncupatum, apud Nos Ecclesiarum Germaniæ Comproteſtorem, intentidem Nobis exposita innotuerunt, motu proprio, ex certa scientia & deliberata voluntate nostra, deque plenitudine Apostolicæ potestatis omnem hujusmodi litem & causam, à multis annis indecisam adhuc pendentem, & quamcunque aliam controversiam, de præmissis quomodolibet hæcenus excitatam, sive excitandam, ad Nos Apostolicæ auctoritate avocantes, extinguimus & abolemus, atque ad Nos ipsos avocatum, extinctam & abolitam esse volumus & declaramus, ne amplius dicatur: *Unde bella & lites in vobis?* Qua in re Antecessor nostrorum Romanorum Pontificum exempla præ oculis habemus, qui diuturnas hujusmodi lites inter insignium Ecclesiarum Antistites olim exortas, & plurium Sæculorum spatio agitas, sua auctoritate extinxerunt. Ita enim piæ memoriæ Antecessor noster Alexander Papa III. litigia inter Patriarchas Aquilejensem & Gradenſem sua auctoritate ad finem perduxit; Ita felix recordationis Antecessor quoque noster Innocentius Papa III. inter Turonenſem Archiepiscopum & Dolensem in Britannia minori Antistitem lites & contentiones diremit. Ita denique similis memoriæ Nicolaus Papa V. jurgis & quæſtionibus inter Gradenſem Patriarcham, & Olivolenſem seu Castellanum tunc civitatis Venetiarum Episcopum, supremum finem imposuit.

Nos igitur præsentibus his exemplis instructi, ut omnis occasio quoruncunque dissidiorum & contentionum inter Salisburgensem Archiepiscopum & Patavienſem Episcopum, nunc & pro tempore perpetuis futuris temporibus è medio tollatur, interque utriusque Ecclesie Capitula & Canonicos, sacrosque Ministros & cæteros quoscumque, etiam speciali mentione dignos, in lite & causa præ-

dictis

ANN O
1728.V.
Litem
inter Pata-
vienſem
Episco-
pum & Sa-
lisburgen-
ſem Metro-
poli, quam
Innocen-
tius XII.
ulterius
procedere
vetuit,
BENEDI-
CTUS
XIII.
prius
extinguit.1. Ti-
moth. III.
3.

Jac. 14.

VI.
Episco-
pus Pata-
vienſis à
Metro-
poli & Lega-
tione Sa-
lisburgen-
ſi eximitur,
& Pallii
& Crucis

ANNO
1728.

prævia
ferendæ
privilegio
onatur
cum obli-
gatione,
Archiepi-
scopum
Salisbur-
gensem
quoad
Concilia
Provin-
cialia tan-
tum, in
suum Me-
tropoli-
tam sibi
eligendi.

dicis rem habentes, seu quomodocunque se habere contententes, perpetuum silentium auctoritate Apostolica imponimus, districte præcipientes, & omnino inhibentes, ne deinceps iidem se invicem, vel quisquam illorum alterutrum vexare, perturbare & molestare audeat sive præsumat sub penis nostro & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium arbitrio infligendis; Idque perpetuis futuris temporibus ab utraque parte debere observari volumus & sancimus. Præterea ob extimiam præstantiam, quâ Sedes Episcopalis Pataviensis, aliâs Archiepiscopalis, Laureacensis olim fuit honestata, super his maturâ & seriâ animi nostri cogitatione excitati, ad ejsdem Ecclesiæ honorificentiam & dignitatem Pontificalem magis augendam, atque intuitu meritorum erga Nos & Apostolicam Sedem Venerabilis Fratris nostri Josephi Dominici Pataviensis Episcopi, sanctiori disciplina & domus Dei zelo præcipue commendandi, eundem Josephum Dominicum, atque ejus legitimos Successores Ecclesiæ Passaviensis Episcopos pro tempore existentes, qui inter Germanici Imperii Principes non infimum locum habent, tenore præsentium in jus Pallii de corpore beati Petri sumendi, statisque diebus & locis adhibendi, & Crucis præviæ ferendæ, quibus olim Archiepiscopi Laureacenses & Patavienses Episcopi potiti fuerunt, in perpetuum Apostolica auctoritate integramus & restituimus, sive Archiepiscopalia insignia, Pallium & Crucem eidem Josepho Dominico Episcopo, ejusque Successoribus denuò in perpetuum concedimus, atque indulgemus, ita ut idem Josephus Dominicus Episcopus & ejus Successores Archiepiscopalia hujusmodi insignium ornatu & plenitudine liberè & licitè uti possint & valeant eo modo, quo Ticinensis & Lucensis Ecclesiarum Antistites uti consueverunt. Ad hæc eundem Josephum Dominicum Episcopum, ejusque Successores & Ecclesiam Pataviensem, Capitulum & Canonicos, totamque ejus Diocesim, Clerum & Populum & quascunque Prælaturas, Dignitates, Personatus & Officia ac Beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura, Secularia & Regularia quorumvis Ordinum in Civitate & Diocesi Pataviensi instituta, vel imposterum canonicè instituenda, quibuscunque nominibus censeantur, unâ cum omnibus eorum juribus & pertinentiis, bonisque mobilibus & immobilibus, quæ nunc possident, & deinceps, favente Domino, possidebunt, & acquirere poterunt, ab omni & quacunque subjectione, jurisdictione, superiori- tate, dominio, potestate & Metropolitanico jure Ecclesiæ Salisburgensis, ac illius Archiepiscopi & Successorum quorumcunque, nec non à jure Legationis Apostolicæ in Provincia Salisburgensi tenore præsentium eximimus, subtrahimus & liberamus, perpetuisque futuris temporibus undequaque eximi, subtrahi ac liberari volumus; Eundemque Josephum Dominicum Episcopum, illiusque Ecclesiam Pataviensem, Capitulum & Canonicos, Clerum & Populum, nec non quascunque Personas ac Beneficia prædicta, totamque ejus Diocesim Pataviensem in jus & proprietatem Sedis Apostolicæ, & sub ejus & nostra speciali & immediata protectione suscipimus, Nobisque & Romanis Pontificibus Successoribus nostris, nullo medio, in perpetuum subesse decernimus atque statuimus. Volumus tamen & expressè præcipimus & mandamus, ut eidem Episcopo Pataviensi onus incumbat eligendi Archiepiscopum Salisburgensem pro suo Metropolitanato ad Concilii Tridentini, atque etiam ultimi nostri Romani tenorem, cum obligatione conveniendi ad Concilia Provincialia tantum, ab eodem Archiepiscopo indicenda, Quæ quidem electio Metropolitanæ Salisburgensis eundem Pataviensem Episcopum ejusque Successores afficere & obligare

omnino intelligatur, ita ut ille vel illi nullum alium, nisi Salisburgensem Archiepiscopum eligere valeant, & ad Concilium Provinciale prædictum accedere omnino teneantur.

His ergo stabilitis atque hac nostra Constitutione firmatis, decernimus, Pataviensem Episcopum, & quoscunque ejus Successores, ad Pataviensis Ecclesiæ Cathedram imposterum provehendos, in his, quæ præsentibus nostris decernuntur, per nullum Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, aliasve Personas, quacunquē alia auctoritate, dignitate & præminencia fulgentes, quovis prætextu, colore vel ingenio publicè vel occultè, directè vel indirectè, ullo pacto impediri, turbari, molestari vel inquietari unquam posse aut debere; Præsentisque semper & perpetuò validas & efficaces esse & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere debere; Atque ab omnibus & singulis, ad quos nunc spectat, atque imposterum spectabit, eas firmiter & inviolabiliter observandas esse, & nullo unquam tempore ex quocunque capite, vel causa, quantumvis legitima & juridica, etiam propterea quod Venerabilis Frater noster Archiepiscopus Salisburgensis, sive alii cujuscunque dignitatis, gradus, conditionis & præminentiæ habeantur, in præmissis & circa ea, quomodolibet quavis ex causa, ratione, actione vel occasione, jus & rem habentes vel habere se prætendentes, præmissis non consenserint, neque ad ea vocati, citati & auditi fuerint, nec eis consensum ullo modo præstiterint; Imò fortasse illis contradicentibus, causæ, propter quas præsentibus prodierunt, adductæ, ostensæ & probatæ non fuerint; De subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis sive invaliditatis, aut intentionis nostræ, vel quolibet alio quantumvis magno & substantiali, excogitato, inexcogitabili, & specificam atque individuum mentionem requirente defectu, sive etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates & quævis alia servanda atque adimplenda, servata & adimplenda non essent vel fuerint, aut ex quocunque alio capite, à jure vel facto, aut statuto vel consuetudine aliqua resultantem, seu quocunque alio colore, prætextu, ratione vel causa, etiam in Corpore Juris expressa, occasione, aliave quacunquē causa, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, aut propterea quod de voluntate nostra, cæterisque superius expressis nullibi appareret, sive alias probari non posset, notari, invalidari, retractari, inque jus vel controversiam vocari, sive ad terminos juris reduci, vel contra illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam & terminos juris, aut aliud quodcunque juris, facti, gratiæ vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu pari concessio, aut impetrato vel promulgato, uti, aut se juvare in judicio vel extra posse; Atque ipsas præsentibus sub quibuscunque similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitati onibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos ipsos & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, prædictamque Apostolicam Sedem, etiam motu pari & consistorialiter ex quibuslibet causis, & sub quibusvis verborum tenoribus & formis, & cum quibuscunque Clausulis & Decretis, etiam de eisdem præsentibus, earumque toto tenore & data specialis mentio fieret, pro tempore factis & faciendis, concessis, & concedendis, minime comprehendi.

Sed eas, tanquam ad majorem divini cultus amplificationem & Ecclesiarum tranquillitatem & pacem à Nobis editas, semper & omnino excipendas, & quotiescunque emanabunt, toties in pristinum & validissimum, atque eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & ple-

ANNO
1728.

VII.

Patavi-
ensis Epi-
scopus at-
que ejus
Successo-
res hâram
Literarum
concessio-
ne pepe-
tuo iruan-
tur.

VIII.

Hæc Li-
tere in
pristino
suo robo-
re semper
consistant.

ANNO
1728.

nariè integratas esse decernimus : Ac denuo, etiam sub quacunque posteriori data à Paraviensi Episcopo nunc, & pro tempore existente, & quodocunque eligendo, concessas esse & fore ; Sicque & non aliàs per quoscunque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, & alios quoscunque, quavis auctoritate, potestate, prærogativâ & privilegio, honore & præeminentiâ fulgentes, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate atque auctoritate, in quocunque judicio atque instantia judicari & definiti debere ; Et quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus, non obstantibus nostrâ & Cancellariæ Apostolicæ regulis de jure quæsto non tollendo, ac etiam in universalibus, provincialibus & synodalibus Conciliis, editis vel edendis, specialibus vel generalibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non Salisburgensibus & Pataviensis Ecclesiarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis & Literis Apostolicis eis, & eorum cuilibet, nec non illarum, & cuilibet earum Archiepiscopo & Episcopo ac Capitulo & Canonis, aliisque Superioribus & Personis sub quibuscunque verborum tenoribus & formis, & cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis atque insolitis clausulis, irritantibusque, atque aliis decretis in genere vel in specie, aut aliàs in contrarium præmissorum quomodocunque concessis, confirmatis & innovatis.

IX.
Derogatio quibuscunque aliis statutis,

Quibus omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quælibet alia expressio habenda, aut aliqua alia exquilita forma ad hoc servanda foret ; Illorum omnium & singulorum tenores, formas, causas & occasiones, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, insertis, servatis & specificatis habentes, illis aliàs in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum motu ac potestatis plenitudine prædictis specialiter expressè & plenissimè derogamus, & derogatum esse volumus & mandamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

X.
Nemo has Literas infringere audeat.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, absolutionis, liti extinctionis, avocationis, silentii impositionis, restitutionis, integrationis, novæ concessionis, indulti, exemptionis, decreti, derogationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXVIII. Kal. Junii, Pontificatus nostri anno quarto.

P. Cardinals Prodaturus.
F. Cardinalis Oliverius.

V I S A

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

Lucas Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

XLV.

Constitutio, quâ statuitur ac declaratur eis, qui post Vota simplicia, ante tamen solemnem Professionem à Societate JESU ab ejusdem Præposito Generali, juxta facultatem sibi à Sede Apostolica concessam, dimituntur, nulla ab eadem Societa-

te debere alimenta, aut congruam sustentationem, licet dum in ea viverent, titulo religiosæ paupertatis, ad sacros etiam Presbyteratus Ordines promoti fuerint.

ANNO
1728.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

INJUNCTI Nobis divinitus Pastoralis Officii ratio postulat, ut in his Apostolicæ nostræ sollicitudinis partes libenter interponamus, per quæ Religiosorum Virorum in Vineâ Domini excolenda strenuè laborantium, propriæque, & alienæ animarum salutis jugiter incumbentium quieti, atque tranquillitati opportunè consulitur. Cùm itaque, sicut accepimus, Societatem Jesu multoties antehac molestari, ac in judicium trahi contigerit ab eis, qui post exactum probationis biennium, ac vota simplicia in eadem Societate emissâ, ante tamen solemnem professionem, per illius Præpositum Generalem justis, ac rationalibus de causis juxta facultates sibi à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris attributas ex ipsa Societate dimittentur, alimenta scilicet, seu congruam sustentationem sibi à dicta Societate debere, & consequi prætendentes, propterea quòd, dum in illa degebant, ad Sacros Ordines absque Beneficio Ecclesiastico, & Patrimonio, sed religiosæ paupertatis titulo promoti fuissent ; Licet autem satis perspectum, exploratumque sit, æqui bonique rationi nusquam consentaneum esse, quòd Societas præfata, quæ in illis amandandis jure suo utitur, alimenta, seu sustentationem hujusmodi suppeditandi oneri obnoxia remaneat, minusque, quòd ipsi ex sua culpa, quæ dimissioni causam præberet, utilitatem, & commodum reportent, atque ita pluries à Congregatione pro tempore existentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum re accuratè discussâ decretum, ac resolutum fuerit ; Nihilominus facile evenire possit, similes quæstiones in posterum quoque, non sine prædictæ Societatis perturbatione, ac dispendio moveri, seu instaurari, nisi ejus aditus præcludatur. Hinc est, quod Nos eandem Societatem Jesu, quam ob singularia sua in hanc Sanctam Sedem merita, peculiari Apostolicæ dilectionis prosequimur affectu, à quacunque lite, & molestia, quæ exinde deinceps oriri posset eximere, ac omnem desuper controversiæ occasionem submovere cupientes, ipsamque Societatem specialis favore gratiæ prosequi volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hæc nostrâ perpetuò valiturâ Constitutione statuimus, ac declaramus memoratam Societatem Jesu non teneri, nec obligatam esse ad ullam subordinationem, sive congruæ sustentationis, sive alimentorum, sive alio quocunque titulo, & causa illis faciendam, qui post biennium probationis, & emissionis Votorum simplicium, extra dictam Societatem à suis Superioribus ejiuntur, tamen dum in ea permanebant, ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines sine Beneficio Ecclesiastico, ac Patrimonio, & ad titulum religiosæ paupertatis promoti fuerint ; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, prædictæ Societatis, illiusque

Colle-